UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

145. Iesus manè in Concilio Iud[a]eorum se Dei Filium fatetur, & eo nomine damnatus, ad Pilatum Præsidem vinctus adducitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-47925

Visual Library

S. Matthaus	S. *Marcus.*	*S. Lucas.*	S. *Iohannes,*
Et egreſſus foras, fleuit amarè. *145.	gallus cantet bis, ter me negabis. Et cœpit flere. *145.	ter me negabis Et egreſſus foras Petr⁹ fleuit amarè. Et viri qui tenebāt illum, illudebāt ei cædētes. Et velauerunt eū, & percutiebant faciem eius. & interrogabant eum dicentes, Prophetiza, quis eſt qui te percuſsit? Et alia multa blaſphemantes dicebant in eum.* 145.	gallus cantauit. *145.

*CAP. 145. IESVS manè in concilio Iudæorū ſe Dei filium fatetur, & eo nomine dānatus, ad Pilatum Præſidem vinctus adducitur. Matth. 27. * 144. Mar. 15. * 144. Luc. 22. & 23. * 144. Iohan 18. * 144.*

S. Matthaus	*S. Marcus.*	*S. Lucas.*	*S. Iohannes*
MAnè autē facto, conſilium inierunt omnes principes ſacerdotum & ſeniores populi aduerſus Ieſum, vt eū morti traderent. Et vinctū adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præſidi. * 146.	ET cōfeſtim, manè conſiliū facientes ſummi ſacerdotes cum ſenioribus & Scribis & vniuerſo concilio, vincientes Ieſum, duxerunt & tradiderūt Pilato. * 148.	ET vt factus eſt dies, conuēnerunt ſeniores plebis & principes ſacerdotum & Scribę, & duxerunt illum in cōcilium ſuum, dicentes, Si tu es Chriſtus, dic nobis. Et ait illis, Si vobis dixero, non credetis mihi: ſi autem & interrogauero, non reſpondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc autē erit filius hominis ſedens à dextris virtutis Dei. Dixerunt autem omnes, Tu ergo es filius Dei? Qui ait, Vos dicitis, quia ego ſum. At illi dixerunt, Quid adhuc deſideramus teſtimonium? ipſi enim audiuimus de ore eius. CAP. 23. Et ſurgens omnis multitudo eorum, duxerunt illum ad Pilatum. * 147.	ADducunt ergo Ieſum à Caipha in prætoriū. Erat autē manè, & ipſi non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur, ſed vt manducarent paſcha. * 147.